יא	יב	יג	יד	טו	יו	יז	יח	יט
21	22	31	101	102	402	461	899	
כא	כב	לא	קא	קב	תב	תסא	תתצט	

Quidam Hebræi ponunt pro 500 literam ך : pro 600 ם : pro 700 ן : pro 800 ף : pro 900 ץ :

Digitized by Google

Millenarium numerum ita ſignant.

1000	2000	1002	3000	4000	5000
א	בא	אב	גא	דא	הא

Annus Chriſti iam currens 1524. ita ſignatur : בר רש רתת Vel ſic : אסת בר Hebræi tamen quicquid per numeros ſcribunt, ſumunt æram ab initio mundi, ſiue מבריאת עולם hoc eſt, à creatione mundi. unde pro iſto anno Chriſti currente ſcribunt : רפג הא hoc eſt: 5283. Tot enim annos hiſtoriographi eorũ dicunt à principio mũdi uſq; ad præſentem fluxiſſe annũ. Noſtri uero ponunt 6723. præſertim Euſebius & Oroſius. Porrò pro nomine diuino יה quod quindecim importat, Iudæi ſcribunt טו ne ſacro nomine profane abutantur.

De nominibus numeralibus.

Numeri cardinales maſculini generis hoc pacto apud Hebræos ſcribũtur.

unus

quatuor tres : duo unus
אַרְבָּעָה ׃ שְׁלֹשָׁה ׃ שְׁנַיִם ׃ אֶחָד
octo : ſeptem ſex quinqꝫ
שְׁמֹנָה ׃ שִׁבְעָה ׃ שִׁשָּׁה ׃ חֲמִשָּׁה
undecim decem nouem
אֶחָד עָשָׂר ׃ עֲשָׂרָה & עֲשֶׂרֶת ׃ תִּשְׁעָה
quatuordecim. tredecim duodecim
אַרְבָּעָה עָשָׂר ׃ שְׁלֹשָׁה עָשָׂר ׃ שְׁנֵים עָשָׂר
Et ſic conſequenter uſque ad uiginti.

Numeri cardinales fœm.gen.

quinqꝫ quatuor tres duæ una
חָמֵשׁ ׃ אַרְבַּע ׃ שָׁלֹשׁ ׃ שְׁתַּיִם ׃ אַחַת
decem nouem octo ſeptem ſex
עֶשֶׂר ׃ תֵּשַׁע ׃ שְׁמֹנֶה ׃ שֶׁבַע ׃ שֵׁשׁ
tredecim duodecim undecim
שְׁלֹשׁ עֶשְׂרֵה ׃ שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה ׃ אַחַת עֶשְׂרֵה
ſedecim quindecim quatuordecim
שֵׁשׁ עֶשְׂרֵה ׃ חֲמֵשׁ עֶשְׂרֵה ׃ אַרְבַּע עֶשְׂרֵה

Omnes numeri cardinales à uiginti & ſupra, ſunt generis cõmunis. ut אֶחָד וְעֶשְׂרִים unꝰ & uiginti. Itẽ אַחַת וְעֶשְׂרִים

una

una & uiginti : שְׁלֹשִׁים triginta אַרְבָּעִים quadraginta : חֲמִשִּׁים quin- quaginta : שִׁשִּׁים ſexaginta : שִׁבְעִים ſeptuaginta : שְׁמֹנִים octoginta : תִּשְׁעִים nonaginta : מֵאָה & מֵאוֹת centum : מָאתַיִם ducenti : שְׁלֹשׁ מֵאוֹת trecenti &c. אֶלֶף mille : אַלְפַּיִם duo milia : שְׁלֹשֶׁת אֲלָפִים tria milia : רְבָבָה decem milia. Idē רִבּוֹ : רְבָבוֹת & רִבּוֹא centum milia.

Numeri ordinales maſculini gene- ris hoc modo ſcribuntur.

quartus tertius ſecundus primus
רִאשׁוֹן ; שֵׁנִי ; שְׁלִישִׁי ; רְבִיעִי ;
octauus ſeptimus ſextus quintus
חֲמִישִׁי ; שִׁשִּׁי ; שְׁבִיעִי ; שְׁמִינִי ;
duodecim⁹ undecimus decim⁹ nonus
תְּשִׁיעִי ; עֲשִׂירִי ; אַחַד עָשָׂר ; שְׁנֵי עָשָׂר

Pluralē hi numeri faciūt, ut nomina gentilia maſc. ſicut עִבְרִי Hebræus : עִבְרִיִּים Hebræi : חֲמִישִׁי qnt⁹ : חֲמִשִּׁיִּים quinti.

quinti. Et nota quod frequēter numerus cardinalis uſurpatᷣ pro ordinali, ut liquet bibliam intuenti. Ezech. 40. Ieremiæ primo. Deut. primo.

In fœminino genere.

quarta	tertia	ſecunda	prima
רְבִיעִית ;	שְׁלִישִׁית ;	שֵׁנִית ;	רִאשׁוֹנָה ;
octaua	ſeptima	ſexta	quinta
שְׁמִינִית ;	שְׁבִיעִית	שִׁשִּׁית ;	חֲמִישִׁית ;
		decima.	nona
	&c.	עֲשִׂירִית ;	תְּשִׁיעִית

Et faciūt pluralem numerū ſicut nomina gētilia fœm. g. ut יְהוּדִית Iudæa. ſ. mulier. יְהוּדִיּוֹת Iudææ. Sic עֲשִׂירִית decima. עֲשִׂירִיּוֹת decimæ. &c.

De literis ſubſtantialibus & accidentalibus.

QVantum nunc attinet ad uerborum nominúmque inflexiones, oportet in primis animaduertere, omnia fermè nomina

apud Hebræos tribus duntaxat ſcribi originalibus literis,quas & שָׁרְשִׁיּוֹת id eſt,radices,ſiue יְסוֹדוֹת id eſt,fundamenta , uocant , quæq; ſolum dictionarijs inſeruntur . aliorũ autem quæ uel duabus uel quatuor aut quinque conſtant radicalibus literis,pauca admodũ eſſe.

Colliguntur proinde alphabeti literæ in duos ordines . Vndecim nanque ſunt ,quæ ubiq; & ꝑpetuo ſunt de ſubſtantia dictionis,quas Hebræi his comprehendunt dictionibus, חֲט סֵפֶר גֶזַע צֶדֶק Reliquæ uero undecim , uidelicet אֵת בְּנָה מֹשֶׁלִי כּוֹ licet & nõnunq; ſint ſubſtantiales,ſeu radicales, plerunq; tamen ſeruiunt ad inflexionẽ tum nominum,tum uerborum. unde & literæ ſeruiles,accidẽtales & ſubſidiariæ appellari conſueuerũt. Ex quibus hæ quatuor אֶל בָּשׁ à capite dictionis tantum ſeruiũt:alijs uero in locis, hoc eſt,in medio

uel fine

Digitized by Google

uel fine dictionis, perpetuo ſunt ſubſtantiales ſiue eſſentiales. Hæ uero quatuor בן חם non tantum à capite, uerum & à fine dictionis plerunq; ſeruiunt. Porrò reſiduæ tres יות frequenter ſeruiũt in capite, medio & fine. Omnes tamen iſtæ miniſteriales literæ, non ita conſtanter ſuis quibuſque in locis ſeruiunt, quin & ipſæ aliquando in eiſdē ſint eſſentiales, ut patet in his dictionibus שָׁמַר cuſtodiuit, אָמַר dixit. בָּאַשׁ fœtuit. יָדַע cognouit. תָּלָה ſuſpendit. Primas uocant Hebræi הַשָּׁרְשִׁיּוֹת id eſt, radicales ſeu fundamentales: alias uero מְשָׁרְתוֹת id eſt, ſeruiles, licet & ipſæ plerũq;, ut dictũ eſt, ſint הַשָּׁרְשִׁיּוֹת radicales. Nunc ſigillatim de officijs ſeruilium literarum & ſyllabarum, quæ uel in capite uel in calce dictionum exercẽt, tractabimus: à quorum noticia fermè totius grãmaticæ pendet pōdus.

Digitized by Google

De literis האמנתי

ET priusq; pergã ſingularum ſeruilium explicare officia literarũ, ſcire operæpreciũ eſt, quod Hebræi omnia ſua denominatiua conſtituunt per præfixionẽ unius ex his literis, האמנתי Et quũ tale aliquod occurrit, dicere ſolẽt, ה uel א uel מ &c. eſt hoc in loco hæemãti, per quod intelligunt, denominatiuũ conſtitui ex illa litera & radice. Idem iudiciũ eſt de aliquibus literis האמנתי cũ in fine uel medio ad radicẽ aſciſcũtur. ut זכרון memoria. Exẽpla canonis. Litera ה à principio pauca facit denominatiua. ut דור ſphæra, circulus. Inde הדורים anfractus uiarum, tortuoſæ uiæ. Aleph quoq; non multa conſtituit. ut אזרח inquilinus, lignum uiride, laurus. אגרות pugnus. אמתחת ſaccus, à מתח expãdit. אפרחים pulli., à פרח Sic אבעבעת puſtula, à uerbo

uerbo בָּעָה quod tumere ſignificat.

Mem litera ad innumera concurrit denominatiua. ut זָרָה uentilauit. inde מִזְרֶה ſporta, uãnus. גָּנַן ꝓtexit. מְגִנָּה tegumentum, ſcutum. פּוּחַ flauit, inde מַפָּחַ follis. פָּתַח aperuit. iñ מַפְתֵּחַ clauis. Et communiter conſtituit mem tale denominatiuum, quo ceu inſtrumento actus uerbi perficitur. ut iam poſita indicant exempla.

Litera nun rarius q̃ מ concurrit ad denominatiui cõſtitutionem. ut à כָּבַר honorauit, נִכְבָּר glorioſus. à לָעַג balbutiuit, נִלְעַג balbuties. ab אָמַן credidit, נֶאֱמָן fidelis.

Litera ת multa quoqꝫ conſtituit denominatiua. ut à לָאָה faſtigatus eſt, תְּלָאָה laſſitudo. à הָלַל laudauit, תְּהִלָּה laus. à נוּר ignis, תַּנּוּר caminus. &c.

Litera iod rarius inuenitur cõcurrere ad denominatiui conſtitutionem.

Digitized by Google

Exempla. שָׁמַם deuaſtauit. יְשִׁימוֹן ſolitudo. נֶשֶׁת caligo. יַנְשׁוּת noctua. תּוֹדָה confeſſio. יְהוּדִי Iudæus.

De literis אל בש à capite dictio- nis tantum ſeruilibus.

א Hæc litera primo conſtituit deno- minatiuum quum ſit heæmāti, ut dictū eſt. Secūdo uerbo adiecta, facit primam futuri perſonam ſingularem. ut גָּאַל redemit. אֶגְאַל redimam. קָבַר ſepeliuit. אֶקְבַּר ſepeliam.

ל Aliquando gerundio miniſtrat. ut לִפְתֹּחַ ad aperiendum. לִשְׁמֹר ad cuſtodiendū, uel ut cuſtodiret. aliâs arti culus eſt datiui caſus, ut נָתַתִּי לְאָדָם dedi homini. Et מִזְמוֹר לְדָוִד Pſalmus ipſi Dauid, uel Dauidis. Valet quo- que in & ad. ut לְעוֹלָם in ſeculum. וַיִּקְרָא לְזִקְנֵי יִשְׂרָאֵל Vocauit ſeu da- mauit ad ſeniores Iſrael.

accipi-

ב Accipitur pro præpoſitione, in uel cū, & quandoq; pro aduerbio quū. ut בִּשְׁמֹר in cuſtodiēdo. בָּאָרֶץ in terra. וְדָבַק בְּאִשְׁתּוֹ & adhærebit cū uxore ſua. Gen. 2. Item pſal. 51. בְּבוֹא אֵלָיו נָתָן Quum ueniret ad eū Nathan, ſiue, in ueniendo ad eum Nathan.

שֶׁ Signatum cum ſægol, ualet, qui, quæ, quod, & nōnunquam, quod coiunctionem. unde Canticorū primo: הַגִּידָה לִּי שֶׁאָהֲבָה נַפְשִׁי Indica mihi, quem diligit anima mea.

De literis בן חם à capite & calce ſeruilibus.

כ Quum radici præponitur, habet uim aduerbij ſimilitudinis, ut, ſicut, tanquam, uelut, ad inſtar. Exemplum. כְּמִגְדַּל דָּוִיד Sicut turris Dauid. כְּגֶפֶן פּוֹרִיָּה Sicut uitis fructifera. ualet quoq; nonnūquam præpoſitionem iuxta, ſecundū. ut pſal. 51. חָנֵּנִי כְּחַסְדֶּךָ Miſerere

mei ſecundum miſericordiam tuam. Porrò quando in fine ſeruit, ualet pronomẽ tu, tui, tibi, aut tuus tua tuum. ut אִשְׁתְּךָ uxor tua. אֱלֹהֶיךָ deus tuus. יְבָרֶכְךָ יְהוָה Benedicat tibi dñs. Et habet caph finalis ſemper raphe, niſi quũ ipſum mox præcedit ſægol, tunc eſt capax pũcti dages. ut אוֹדֶךָּ cõfitebor tibi.

נ Hæc litera præterq̃ quod eſt heemanti à capite dictionis, etiam nota eſt primæ perſonæ futuri plur. ut עָשָׂה fecit. נַעֲשֶׂה אָדָם faciemus hominem. שָׁמַר cuſtodiuit. נִשְׁמֹר cuſtodiemus. Conſtituitur præterea uerbũ paſſiuum per eam in omnibus perſonis. ut נִשְׁמַר cuſtoditus eſt. נִשְׁמַרְתָּ cuſtoditus es. נִשְׁמַרְתִּי cuſtoditus ſum. &c. unde Trenorum ult. עוֹרֵנוּ כְּתַנּוּר נִכְמָרוּ Pelles noſtræ ſicut clibanus exuſtæ ſunt. Porrò in fine radici adiecta, ualet pronomẽ earum eis eas. ut קוֹל uox, קוֹלָן uox earum.

Digitized by Google

earum. דָּבָר uerbum, דְּבָרָן uerbũ ea-
rum. Adijcitur etiam nonnunquam
ocioſe uerbis plur. ut pſal. 95. אִם יְבֹאוּן
Si introibũt. Et pſalmo 11. יִדְרְכוּן קֶשֶׁת
Tendent arcum.

ה Primo præficitur nominibus ut ar-
ticulus caſuũ, præſertim genitiui. ut
בַּעַל הָאִשָּׁה maritus uxoris. עֵץ הַדַּעַת
lignum ſcientiæ.

Secundo nonnunquam dictionis ſi-
gnificatum reddit notabile & inſigne.
ut הַנָּבִיא propheta ille, uidelicet certus,
talis ac tantus.

Tertio ſæpenumero eſt ſignũ quæſi-
tiuum uel admiratiuum. ut הֲלֹא הֵם
כְּתוּבִים עַל סֵפֶר An non hæc ſcripta
ſũt in libro. &c. De hoc habes & ſupra.

Quarto concurrit ad cõſtitutionem
cuiuſdam coniugationis, quam uocant
hiphil, & ad aliam quam hithpael no-
minant. ut פָּקַד uiſitauit. Inde hiphil

הִפְקִיד fecit uiſitare,& hithpael, הִתְפַּקֵּד uiſitauit ſeipſum. Quinto plerunq; uidetur tenere uicem relatiui. ut pſalmo 34. מִי הָאִישׁ הֶחָפֵץ חַיִּים Quis eſt homo qui uult uitam? Sexto nonnunquam uidetur ocioſe præponi dictionibus.ut מַה לְךָ הַיָּם Quid eſt tibi mare? Porrò in fine dictionum, iterum multiplici fungitur officio. Primo tam in uerbis quàm nominibus indicat fœmininum genus. ut גְּבִיר dominus. גְּבִירָה domina. Et de uiro dicitur: אִישׁ נָתַן לִי Vir dedit mihi. De muliere uero eandem ſentẽtiam ſic explico: אִשָּׁה נָתְנָה לִי Et nota, quando uerbi alicuius tertia radicalis in ה deſinit, fit fœmininum genus per interpoſitionem literæ ת inter ſecundam & ultimam radicalem literam.ut הָיָה fuit, ſcilicet uir. Et הָיְתָה fuit, ſubaudi mulier. Sic עָלָה aſcendit, uir. עָלְתָה aſcendit, mulier.

Secun-

Secundo eſt nota, relatiui fœminini generis quum habet punctum mappic ſubnotatum, qui punctus aliquando in kamez mutatur, ut ſupra quoq; commonui. Exemplum. Trenorum primo: דִמְעָתָהּ עַל לֶחֱיָהּ אֵין לָהּ מְנַחֵם מִכָּל אֹהֲבֶיהָ Lachryma eius (ſcilicet dominæ gẽtium) ſuper maxillam eius, non eſt ei conſolator ex omnibus dilectoribus ſuis. Tertio ſubiungitur nominibus locorum, quando eſt motus ad ea. ut וַיָּבֹאוּ אַרְצָה Et uenerunt in terram. Sic וַיֵּלֶךְ חָרָנָה Et perrexit in Haran. בָּא יְרוּשָׁלַיְמָה Venit in Hieruſalem. Hic uides quomodo חָרָן & אֶרֶץ & יְרוּשָׁלַם deſinunt in ה literam propter motum ad ea loca.

Quarto, plerũq; uerbis imperat. modi, & uerbis futuri tpis adhæret. ut אֶשְׁמְרָה בֵּיתִי id eſt, cuſtodiam domum meam. Et pſal. 86. שָׁמְרָה נַפְשִׁי Cuſtodi animam

mam meam. Et Ion. 2. אַל נֹאבֵדָה Nō peribimus. Quinto aliquando additur uerbis maſ. euphoniæ gratia, præſertim ubi capitalis litera ſequentis dictionis eſt ל uel iod. ut pſal. 35. רָאִיתָה יְהוָה Vidiſti domine. Et pſalmo 21. נָתַתָּה לוֹ יְהוָה Tribuiſti ei domine.

Notandū hic, quod nomina & participia in ה exeuntia fœm. gen. in ſtatu regiminis, hoc eſt, ſi ſequatur obliquus caſus aut pronomen affixum, mutant ה in ת ut צְדָקָה iuſticia. צִדְקָתְךָ iuſticia tua. יָפָה pulchra, יְפַת מַרְאֶה pulchra aſpectu. אִמְרָה uerbum, אִמְרָתִי uerbū meū. אִשָּׁה uxor, אֵשֶׁת אַבְרָהָם uxor Abraham.

מ Hæc litera primitiuæ dictioni antelata, primo nomen uerbale ſeu denominatiuum, & in multis coniugationibus participium præſentis temporis conſtituit. ut רָאָה uidit, מַרְאֶה uiſio.

ſio. יָצָא egreſſus eſt: מוֹצָא egreſſio. הִקְרִיב obtulit, מַקְרִיב offerens. דִּבֵּר loquutus eſt, מְדַבֵּר loquens.
Secundo ſupplet uicem præpoſitionis a, ab, ex, de. Et tunc communiter pũctatur uel cum hiric, uel cum zere. ut מִפְּרִי בִטְנְךָ De fructu uentris tui. Et pſal. 109. מֵרֶחֶם מִשְׁחָר Ex utero auroræ.
Tertio circunloquuntur per ipſam Hebræi comparatiuum. ut 1. Regum 1. הֲלֹא אָנֹכִי טוֹב לָךְ מֵעֲשָׂרָה בָּנִים Nunquid ego bonus ſum tibi à decem filijs, hoc eſt, nônne ego tibi melior ſum decẽ filijs? Cæterum hæc litera quum in fine ad radicẽ nois aut uerbi acceſſerit, ualet pronomen plurale, eorum eis eos, ſignaturq; ultima radicis litera, qui adhæret, cum .. aut -.- aut hiric. ut צְבָאָם exercitus eorum. כְּפָעֳלָם ſecundũ opus eorum. נַשְּׂאֵם extolle eos. יְבַלְּעֵם conturbabit eos. Et Ieremiæ 25. וַהֲבִיאֹתִים
Et ad

Et adducam eos. ubi mem finale affixũ depẽdet ad ſyllabam ſeruilem. Verum de his infra in affixis latius tractabit̃. Notabis tamen hic, quod hoc plurale pronomen, eorum eis eos, uel ſuorum ſuos, etiam duabus alijs ſyllabis ſcribitur, uidelicet הֶם & מוֹ. ſyllaba הֶם ſemper ad iod pendet, & plerunqꝫ ad pluralem nominis numerum. מוֹ uero appenſilis eſt ad nomẽ & uerbũ, nulliusqꝫ literæ uidetur reſpuere conſortiũ. Exempla primi. פִּיהֶם os eorũ. בִּימֵיהֶם in diebus eorum. יְדֵיהֶם manus eorũ. Secundi. אֵלֵימוֹ ad eos. Pſalmo ſecundo. Idem אֲלֵיהֶם Et pſalmo 50. קִרְבָּם בָּתֵּימוֹ Sepulchrum eorum domus eorum. Et pſal. 45. תְּשִׁיתֵמוֹ לְשָׂרִים בְּכָל הָאָרֶץ Pones eos in principes in omni terra.

De literis יות in capite, medio, & fine ſeruilibus.

Iod

IOd à principio, præterquàm quod eſt heæmanti, facit terſtiam perſonā utriuſqꝫ numeri fut.tēp.maſ.g.ut אָמַר dixit.Inde יֹאמַר dicet. יֹאמְרוּ dicent. שָׁמַר cuſtodiuit. יִשְׁמַר cuſtodiet. &c. Intra limites dictionis,primo concurrit ad conſtitutionem uerbi hiphil.ut יָדַע cognouit.Inde הוֹדִיעַ notum fecit. רָחַק longe abfuit. הִרְחִיק longe fecit. Secundo, plerunqꝫ adiectiuū conſtituit. ut צַדִּיק iuſtus. תָּמִים perfectus. חָסִיד ſanctus. נָעִים iucundus uel pulcher.

Tertio,non raro denominatiuū ſubſtantiuum facit.ut בָּצִיר uindemia, à בָּצַר uindemiauit. שֵׂיבָה ſenectus, à uerbo שׂוּב ſenuit. שִׁירָה canticum,à uerbo שׁוּר cecinit. זְמִירָה carmen, à uerbo זָמַר cantauit. בְּרִיחַ uectis, à uerbo בָּרַח clauſit. Et multa alia inuenies in dictionario noſtro.

Quarto

Quarto, quum hæ præpoſitiones עַל & אֶל aliquod affixum pronominale recipiunt, interponitur iod litera. ut עֲלֵיכֶם ad eos. Porrò quando iod litera ſeruiliter aliquam dictionẽ claudit, ualet primo in nominibus, meus mea meũ ſingulariter & pluraliter. Singulariter, ſi præcedat hiric: pluraliter, ſi anteceſſerit kamez uel patha. ut אֵלִי deus meus. אִמִּי mater mea. דְּבָרִי uerbum meum. עֵינַי oculi mei. דְּבָרַי uerba mea. כַּפַּי manus meæ. רֹדְפַי perſequẽtes me, aut potius perſequutores mei. שֹׁלְמַי retributores mei. Secundo terminatur in iod literam ſecunda perſona fœm. gen. futuri temporis, & item ſecunda perſona imperatiui modi eiuſdem generis. ut תֵּלְדִי בָנִים paries filios, ſcilicet tu mulier. לֹא תֹאכְלִי non comedes, tu mulier. 1. Reg. 1. Item שִׁמְעִי בַת audi filia.

Tertio, pluralis numerus nominũ maſ. gen.

gen. terminatur in iod præcedente zere, idq́; in ſtatu regiminis. ut מַלְכֵי הָאָרֶץ reges terræ. עֹשֵׂי מְלָאכָה factores operis. Notandum tamen, quod propter affixa pronominalia, eidẽ literæ iod ut eſt terminatio pluralis maſc. alia & alia prænotãtur puncta. ut in maſ. g. עֵינֶיךָ oculi tui. דְּבָרֶיךָ uerba tua. Et in fœm. gen. עֵינַיִךְ oculi tui. שָׁדַיִךְ mammæ tuæ. Sciẽdum etiam, quod litera ה ut eſt tertia uerbi radicalis, in aliis perſonis à themate mutatur in iod. ut עָשָׂה fecit, עָשִׂיתָ feciſti, רָאָה uidit, רָאִיתִי uidi. Habent autem omnes iſtæ quatuor literæ אהוי inter ſe mutuam quandam commutationem, eodem manente ſignificato. Commigrat א in ה ut קָרָא & קָרָה Sic א in iod tranſit. ut בְּשׁוֹי pro בְּשׁוֹא Et א in uau migrat. ut ab אָמַר dixit, אוֹמַר dicam. Porrò q́ ו in י migret, & י in ו frequẽs eſt.

ו Vau litera à capite dictionis nunq̃ non ſeruit, importans coniunctionem copulatiuam, &c. Vbi notabis, quod eiuſmodi naturæ eſt quod præteritum mutat in futurũ, ſi cum ſeua uel ſurec punctetur. ut וְאָמַרְתָּ & dices. וּפָקַדְתִּי & uiſitabo. pſal. 89. Quod ſi cũ cum ־ uel ־ punctetur, mutat futurũ tempus in præteritum. ut וַיֹּאמֶר & dixit. וָאֶפְתַּח & aperui. Fallit tamẽ nonnunq̃ hæc regula. unde Iud. 16. וְעָלָה & aſcendit. Et pſal. 108. אָשִׁירָה וַאֲזַמְּרָה Cantabo & pſallam. Vau in medio dictionis, quãdo mox cum holem primam ſequitur radicalem literam, cõſtituit participium præſentis temporis, quo Hebræi utuntur pro uerbi præſenti. ut בּוֹרֵא creans. שׁוֹמֵעַ audiens. שׁוֹפֵט iudicans. Quod ſi cũ holem, tertium in radice occupet locum, facit uel denominatiuũ adiectiuale, uel ſubſtantiuale.

tiuale.ut קָדוֹשׁ ſanctus. גָּדוֹל magnus. כָּבוֹד gloria. בְּכוֹר primogenitus. Sin tertio in loco cum ſurec punctetur, iterũ conſtituit nomen denominatiuum ut prius. Exempla. גְּבוּל terminus. תְּרוּעָה clangor. נְעוּרִים iuuentus. בָּרוּךְ benedictus. כָּלוּא clauſus.

Vau quũ dictionem claudit, & punctatur cum ſurec, ferè ſemper indicat pluralem uerbi numerum, uel præteriti, uel futuri, uel imperatiui. ut בָּטְחוּ ſperauerunt. יְהַלְלוּ laudabunt. הַלְלוּ laudate. Quando uero punctum holem in capite geſtat, aut omni caret puncto, ſupplet uicem pronominis, eius, uel ſuus cum ſuis condeclineis. ut מַלְכּוֹ rex eius. הוֹשִׁיעוֹ ſaluauit eum. עֵינוֹ oculus eius. עֵינָיו oculi eius. עֵדֹתָיו teſtimonia eius. Item בֵּן filius, בְּנוֹ filius eius : בָּנָיו filij eius. יְכָלְתִּיו præualui eum. Pſalmo decimo tertio.

ת Tau litera à capite dictionis nõ raro eſt heæmanti, ut dictũ eſt. Deinde perſonam ſecundam utriuſq; numeri fut. temp. maſ. gen. & item ſecundam perſonam & tertiam fœm. gen. utriuſq; numeri fut. temp. conſtituit. ut תִּשְׁמַע audies uir, & audiet mulier. תִּשְׁמְעוּ audietis uiri. תִּשְׁמְעִי audies, mulier. תִּשְׁמַעְנָה audietis & audient, mulieres.

Tau litera in medio dictionis, primo concurrit ad conſtitutionem uerbi hithpael. ut הִתְפַּקֵּד uiſitauit ſeipſum.

Secundo in uerbis exeũtibus in ה literam, poni ſolet tertio loco, idq; in fœminino gen. ut עָלָה אִישׁ aſcendit uir. Et in fœm. gen. 1. Reg. 1. וְחַנָּה לֹא עָלְתָה Et Hanna non aſcendit. Sic בָּכְתָה fleuit. ſ. mulier. Deut. 21. cuius maſ. ſic ſcribitur בָּכָה Porrò in fine dictionis conſtituit ſecundã perſonam præt. utriuſq; gen. maſ. cum kamez, fœm. cum ſeua. ut

אמרת

Digitized by Google

אָמַרְתָּ dixiſti, tu uir. אָמַרְתְּ dixiſti, tu mulier. Recipit etiã poſt ſe, & alias ſeruiles literas atq; ſyllabas. ut לָמָּה עֲזַבְתָּנִי quare dereliqſti me. pſal. 22. Et itẽ pſal. 73. הִפַּלְתָּם deieciſti eos. &c. Aduertendum tamen quod תָּ nõ ſemper indicat ſecundam perſonam præt. ſed plerunq; ſtat loco ת literæ, ubi uidelicet nominibus fœm. gen. in ת deſinẽtibus affixum finale mem uel nun adijcitur. ut נַחֲלַת hæreditas. נַחֲלָתָם hæreditas eorum. Item חַטָּאת peccatum, חַטָּאתָם peccatum eorum.

De ſyllabis ſeruilibus.

NOn modo dictæ ſimplices literæ ſeruire ſolent radicibus, ad earũ inflexionem, uerum & ſyllabæ quædam ſeruiles ex ipſis cõponuntur, quorum officia nunc breuiter annotabo. Sũt itaq; inter omnes acceſſorias ſyllabas, duæ tantum, quæ di-

Digitized by Google

ctionum caput obſeruant, uidelicet אוֹת & חת reliquæ omnes in fine appenſi‐les ſunt. Harum autem finalium quæ‐dam ſunt maſculini generis, uidelicet ים בָּם תֹּם חָם חו בּוֹ מוֹ Quædam fœ‐minini. ut וֹת כָּן חָן תֵּן בַּת נֶּת נִי, Aliæ communis generis, nempe נוּ נִי תִּי

את Hæc ſyllaba, caſuũ articulus eſt, præſertim accuſatiui. Et ſola in‐ter ſeruiles non coaleſcit in unũ cum di‐ctione cui præponitur corpus. ut 3. Reg. 19. וְאֶת נְבִיאֶיךָ הָרְגוּ Et prophetas tu‐os occiderunt. Accipitur etiam pro præ‐poſitione, cum, & tunc eſt capax prono‐minum affixorum. ut Iſaiæ ult. שִׂמְחוּ אֶת יְרוּשָׁלַיִם Gaudete cũ Hieruſalem. Et Geneſ. 21. וַיְהִי אֱלֹהִים אֶת הַנַּעַר Et fuit deus cum puero. Item cum affixis, & mutatur ſægol in hiric. אִתִּי mecũ. אִתְּךָ tecum. אִתָּם cum eis. אִתָּנוּ no‐biſcum. unde Iſaiæ ultimo: שִׂישׂוּ אִתָּהּ Gaudete.

Gaudete cum ea.

הת Quum hæc ſyllaba uerbo tranſitiuo à fronte præficitur, facit hithpael, hoc eſt, uerbum retranſitiuæ ſignificationis. ut pſal. 22. הִתְפָּרְדוּ diſperſerunt ſe. Ponitur tamen quandoq; ת poſt primã radicalem. De quo infra.

De ſyllabis à fine dictionis ſeruilibus.

ים Hæc ſyllaba cum pũcto hiric, terminatio eſt pluralis nominũ maſculini gen. ut בֵּן filius. בָּנִים filij. רֶגֶל pes, רַגְלַיִם pedes. Reperiuntur etiam quandoq; fœminina in hanc pluralem terminationem exeuntia. ut נָשִׁים mulieres. רַגְלַיִם pedes. Et nota, q; in ſtatu regiminis, abijcitur mem ult. & hiric pũctus in zere mutat. ut מְלָכִים reges. Et מַלְכֵי הָאָרֶץ reges terræ. Quod ſi eidẽ plurali affixũ pronominale ſubiungit, mutatur hiric uel in zere uel in ֿ uel

 in pa

in patha, aut in ſægol. ut עֵינַיִם oculi. עֵינֵיהֶם oculi eorum. עֵינַי oculi mei. עֵינֶיךָ oculi tui, ó uir. עֵינַיִךְ oculi tui, ó mulier. עֵינָיו oculi eius. Eſt etiã hic aduertendũ, quod nõnunq̃ mem finale accedit ad primã præteriti perſonam, & præ ſe fert deſinentiã pluralem maſc. quum tamen ſit uerbum cum affixo. ut וְשַׂמְתִּים & ponam eos.

ות Terminatio pluralis nominum fœm. g. ut נַעֲרָה puella, נַעֲרוֹת puellæ. faciunt etiam quædam maſculina pluralem numerũ in hanc ſyllabam. ut אָבוֹת patres. &c.

כֶם Hæc ſyllaba, ut facile cuique patet, componitur ex duabus literis. Caph facit ſecundam perſonam, & mem pronomen plurale maſ. Valet igitur uos, ueſter, ueſtrum, uobis, in maſculino genere. ut אֲבִיכֶם pater ueſter, ó filij. אֱלֹהֵיכֶם deus ueſter. אֲלַמֶּדְכֶם

docebo uos. pſalmo 34.

בֶן Hec quoq; ſyllaba, ut prior, ex dupplici pronomine componitur, ualetq;, uos, ueſtra, ueſtrum, uobis, in fœminino genere. Nun enim finale cũ eſt ſeruilis litera fœm. generi, appropriatur, quemadmodũ mem maſ. ut אֲבִיכֶן pater ueſter, ó puellæ. בַּעֲלֵיכֶן mariti ueſtri, ó mulieres.

תֶם Terminatur in hanc ſyllabã ſecunda perſona præt. maſc. gen. plur. num. ut אֲמַרְתֶּם dixiſtis, ó uiri. & componitur ex ת quæ facit ſecundam perſonã præt. ſing. & mem plur. maſ.

תֶן Facit ſecundam perſonam plur. præt. fœm. gen. ut אֲמַרְתֶּן dixiſtis, ó mulieres. Et cõponitur ſicut præcedens terminatio.

הֶם Affixum pronominale, eorum, eis, eos, maſ. g. ut מַלְכֵיהֶם reges eorum. שְׁנֵיהֶם uterq; eorum. Eſt

 etiam

etiam pronomen per ſe & abſolutum, plurale huius ſingularis הוא ſed tunc cum zere punctatur. ut pſal. 94. הֵם לֹא יָדְעוּ דְרָכָי Ipſi non cognouerunt uias meas. unde Hebræi: הֵם הֵן תֵּיבוֹת בִּפְנֵי עַצְמָן בְּקָמֵץ קָטָן אֲבָל אִם הֵם מְשַׁמְּשִׁין בְּסוֹף הַתֵּיבָה כְּמוֹ עֲלֵיהֶם עֲלֵיהֶן בְּפַתַּח קָטָן : Accipit etiam plerunq; literam ה in fine. ut הֵמָּה ipſi.

הן Pronomen, earum, eis, eas. Abſolute uero poſitum ſcribitur cũ zere, & eſt plurale huius pronominis היא Exempla. אֲבִיהֶן pater earum. Item הֵן & הֵנָּה iſtæ.

מו Idẽ ualet quod הֶם ut נָתַן לָמוֹ dedit eis. פִּימוֹ os eorum. De hac ſyllaba ſupra in litera מ nonnihil quoque dictum eſt.

הו Pronomẽ maſc. g. eius, ei, eum. ut הַלְלוּהוּ laudate eũ. Cũ aũt abſolute ſcribit̃, habet א in fine. ut הוא ipſe:

Abſq;

נוּ Abſq; dages cũ radici uerbi ſubiũ gitur, facit primã perſonam plur. num.ut מָצָאנוּ inuenimus. Cæterũ ualet pronomen,nos,noſtrũ, nobis. Item noſter,noſtra.ut הוֹשַׁעְתָּנוּ ſaluaſti nos. נַפְשֵׁנוּ anima noſtra. בִּטְנֵנוּ uẽter noſter. אֲבוֹתֵינוּ patres noſtri.

נּוּ Hæc ſyllaba cũ dages ſignata,ualet eius,ei,eũ,& pũctatur mox præcedens litera cũ ſægol.ut pſal. 69. אֲגַדְּלֶנּוּ magnificabo eum.Et pſalmo 89. זְרוֹעִי תְאַמְּצֶנּוּ Brachiũ meum cõfortabit eũ.

נָּה Valet pronomẽ,eius,ei,eã,fœm. gen.ut וְאֶשְׁמְרֶנָּה Et cuſtodiam eam.Et Gen.13. לְךָ אֶתְּנֶנָּה Tibi dabo eam. Proinde in uerbis quorum ultima radicalis eſt nun, in prima perſona ſingulari præteriti & ſecunda plurali futuri,facile abijci ſolet unũ nun, & reſiduum accipit dages. ut נָתַנּוּ dedimus,pro נָתַנְנוּ : & בָּחַנּוּ probauimus,pro בָּחַנְנוּ

Sic

Sic תְּבוֹנֶנָּה p תְּבוֹנֵנְנָה ubi ſyllabæ nu & na dageſſatæ, nõ indicant pronomẽ, ſed defectũ literæ perditæ ſupplent.

נָה Hæc ſyllaba abſq; dages ſeruiliter adijcitur ſecũdæ & tertiæ perſonæ fœm. plur. fut. temp. & item ſecundæ perſonæ imperatiui modi eiuſdem gen. & numeri. ut תֹּאמַרְנָה dicetis, dicent, ſcilicet mulieres. שְׁמֹרְנָה cuſtodite. לֵכְנָה pergite, uos mulieres.

תִּי Prima perſona ſing. præteriti in hãc terminatur ſyllabã. ut אָהַבְתִּי dilexi. Et nota, quando iod pronomen accedit ad nomẽ fœmini generis, quod in ה exit, mutatur ratione conſtructionis ה in ת habetq; formã primæ perſonæ præt. ut ab חֶרְפָּה opprobrium, dicitur חֶרְפָּתִי opprobriũ meum. Sic à יָפָה ſpecioſa, dicitur יָפָתִי ſpecioſa mea.

נִי Valet pronomen mihi, me, maſc. & fœm. ut חֵרְפוּנִי exprobrauerũt mihi.

mihi.& עֲבְתָּנִי dereliquiſti me.Et Canticorum primo : הֱבִיאַנִי אֶל בֵּית הַיָּיִן Introduxit me in domum uini.

כִי Caph finale fœm.gen. quandoq; recipit poſt ſe iod literã. ut בָּנַיִךְ filij tui, ó mulier. Idem בָּנַיְכִי 4.Reg. 4.Et pſal.10. נְעוּרָיְכִי iuuẽtus tua, ó anima. Similia multa in Biblia inueniũtur.

De primitiuæ dictionis (quã שׁוֹרֶשׁ id eſt, radicem, uocant) inuentione.

APud Hebræos maior primitiuorum turba, tribus cõſtat radicalibus literis, pauca duabus, pauciora quatuor, pauciſſima quinque. Ea autem quæ tribus integrantur, ſunt in duplici differẽtia. Quædã nanq; uocantur שְׁלֵמִים hoc eſt, perfecta, in quibus ſcilicet nulla unq; perditur radicalis litera, ob quancunq; inflexionem uel coniugationem. Alia uero uocãtur defe-

defectiua,in quibus perdi poteſt uel pri ma radicalis,uel ultima,uel utraq;. Interdum etiam media excidere ſolet.

Prima facile amittitur, ſi fuerit iod uel nun.ut יָרַע ſciuit. רַע ſcias. נָפַל cecidit, יִפֹּל cadet. Vltima perditur,ſi fuerit ה ut עָשָׂה fecit, עָשִׂיתָ feciſti. Deniq; quum ſecunda geminatur,ultima facile excidit,relicto dages in ſua cõſorte.ut סָבְבוּ circuierunt,uel סַבּוּ Porrò in medio uau eſſentialis litera facile extruditur.& nõnunquam aleph idem patitur.ut à שׁוּר cantauit, שִׁירָה canticum. קָם pro קָאַם ſurrexit.

Canon.

Quum dictionis occurrẽtis nudum thema & radicem habere deſideras, primo exue eam omnibus ſeruilibus ſyllabis & literis,hoc eſt,abijce genus, compoſitionem,declinationem, cõiugationem,affixa,& articulos,& remanebit ra

dix,ſi

dix,ſi fuerit שָׁלֵם hoc eſt,dictio perfe-
cta, quam etiã quæras in dictionario.
Quod ſi duæ tantum reſiduæ fuerint li-
teræ, poſt omnium ſeruilium abiectio-
nem,præpone illis duabus radicalibus,
uel iod uel nun, aut poſtpone ה aut
duplica ſecundam(quod tamen raro fa
ciendum occurrit) aut interſere literam
uau, quod ſimiliter raro fit, & ſingulis
uicibus conſule dictionarium, donec
eius primitiuum & ſignificatum elicue-
ris. Quod ſi tertio poſt omnium ſer-
uiliũ ſeparationem,tantũ una ſubſtan-
tialis reſidua fuerit, præpone ei iod uel
nun,& poſtpone ה & quære in lexico.

Exempla.

מִמִּזְרָח ab ortu, cuius radix eſt זָרַח
Item מִמַּעֲלוֹת opera, radix eſt פָּעַל
מִשַּׂעֲרוֹת ſuper capillos,à radice שֵׂעָר
crinis. עֲצָמוֹתַי oſſa mea, ab עֶצֶם Item
תַּהַרְגֵם interficies eos,à uerb.primit.הָרַג

Sic ta-

Digitized by Google

Sic radix huius compoſitæ dictionis תִּרְדְּפֵם perſequeris eos, eſt רָדַף Item ſi omnes ſeruiles literas ab hac dictione וּמֵחַטָּאתִי id eſt, & à peccato meo, ſub/moueris, remanebit חָטָא pro radice. Verũ facilis eſt operatio in uerbis perfectis: in defectiuis accuratiori ingenio o/pus eſt. Nos exemplis rem demonſtra/bimus. Et primo ubi nun & iod à prin/cipio ceciderunt. וַיִּשָּׂא & leuauit, radix eius eſt נָשָׂא Sic יִפֹּל cadet, cuius radix eſt נָפַל Itẽ à יָשַׁב ſedit, dicitur שֵׁב ſe/de. וַתֵּלֶד & genuit, cuius radix eſt יָלַד genuit. Exempla ubi ה in fine tol/litur. רָאָה uidit. inde רָאוּ uiderunt. וַיַּעַשׂ & fecit, cuius primitiuũ eſt עָשָׂה fecit. Vbi uau è medio tollitur, מֵת mortuus, funus, cuius thema eſt מוֹת defunctus eſt. Vbi prima & tertia ra/dicales perdũtur: וַיַּכֵּם & percuſſit eos, cuius radix eſt נָכָה percuſſit. וַיֵּט & decli/

declinaſti, à primitiuo נָטַה Cadit etiam ab unico uerbo נָתַן id eſt, dedit, poſterius nun, ut נָתַתָּ dediſti. Sic in illo uerbo לָקַח tulit, cadit à principio ל ut וַיִּקַח & tulit. Hebræi tamen alias radices ponunt, unde deriuantur וַיִּקַּח & נָתַתָּ Vnde R. D. K.

וְאִם תֹּאמַר הֲלֹא הָלַךְ וְלָקַח לֹא מַתְחִיל
בְּיוּד וּבְנוּן וְאוֹת רִאשׁוֹנָה נוֹפֶלֶת שֶׁאוֹמֵר
מִן הָלַךְ לֵךְ וּמִן לָקַח קַח ׃ יֵשׁ לוֹמַר ש
שֶׁהַפֹּעַל שֶׁל לֵךְ מִן יָלַךְ וְהָלַךְ מִן חש
הַשְּׁלֵמִים ׃ וְכֵן לָקַח אֵין הַפֹּעַל שֶׁל קַח
כִּי אִם נָקַח ׃ כַּךְ פֵּירֵשׁ רַבֵּינוּ שְׁלֹמֹה ׃
אִי נַמִּי לְפִי שֶׁלָּמֵד וְנוּן מִתְחַלְּפִין לְפִי
שֶׁהֵן מִמּוֹצָא אֶחָד ׃ וְתֵדַע כִּי הָאַלְפָא
בֵּיתָא נֶחְלָק לַחֲמִשָּׁה מוֹצָאוֹת לְמוֹצָא ה
הַשָּׂפָה, בּוּמַף ׃ לְמוֹצָא הַשִּׁנַּיִם, זַסְצֶרֶשׁ
׃ לְמוֹצָא הַלָּשׁוֹן, דַּטְלְנַת ׃ לְמוֹצָא ה
הַחֵיךְ, גִּיכַק ׃ לְמוֹצָא הַגָּרוֹן, אַהְחַע ׃
וּמָצָאנוּ שֶׁלָּמֵד וְנוּן מִתְחַלְּפִין כְּמוֹ שנ
שֶׁנֶּאֱמַר בְּמְלָכִים לִשְׁכָּה וּבְרִבְרֵי הַיָּמִים

נשכה

בִּשְׁבָח ׃ וְבֵן גַּן בָּעוֹל גַּל בָּעוֹל

Senſus eſt: Quod ſi dixeris, tamen הָלַךְ & לָקַח nõ incipiũt ab iod uel nũ, & litera prima cadit, quum dicatur לֵךְ uade ab הָלַךְ iuit, & קַח accipe, de לָקַח ſumpſit. Eſt dicendum, quod primitiuum huius לֵךְ eſt de יָלַךְ & הָלַךְ eſt de perfectis. Sic etiam לָקַח non eſt primitiuum huius קַח ſed נָקַח Sic exponit magiſter noſter Schlomo. Tam & ſi uerum eſt quod lamed & nun ſunt inuicem permutabiles, ob id quod ſunt de eadem prolatione. Vnde ſcias, quod alphabetum diuiditur in quinqꝫ expreſſiones: in expreſſionẽ labialem (ut ſunt literæ) בומפת in expreſſionem dẽtium, זַסְצַרְשׁ in prolationẽ linguæ, דַטְלְנַת in expreſſionem palati, גִיכַק in pronunciationem gutturis, אֲהְחַע Inuenimus itaqꝫ quod lamed & nun permutantur inter ſe, quemadmodum dicitur

in regi-

in Regibus.i.libro Regum, לִשְׁכָּת Et in uerbis dierum, id eſt, Paralippomen. נִשְׁכָּת Gazophilatiũ. Sic quoq; גַּל & גַּן ortus ſignatus.

Lectione Bibliæ & exercitatione aſſidua, mi lector, facile tibi erit ex quacunque occurrente dictione, eruere radicem. Non eſt igitur, quod protinus deſpondeas animum, ſi prima fronte non omnia ad nutum ſucceſſerint.

Nunc de partibus orationis, uidelicet, uerbo, nomine & cõſignificatiuo, aliquanto fuſius, & dilucidius diſſeremꝰ, Et primo de uerbo quod apud Hebræos præcedit nomen.

De uerbo, prima apud Hebræos orationis parte.

RAbi Dauid Kimhi ſuam grammaticam his orditur uerbis:

לְשׁוֹן חַקּוֹרֶשׁ נֶחֱלָק לִשְׁלֹשָׁה חֲלָקִים לִפְעוּלוֹת וְשֵׁמוֹת וּמִלּוֹת חֲרִבְס

Hoc eſt: Lingua ſancta diuiditur in tres partes, in operatiões ſeu uerba, nomina, & dictiones appenſiles. Complectitur autem tertia pars, pronomẽ, aduerbium, præpoſitionem & cõiunctionem: quæ alio nomine conſignificatiua uocantur.

Accidentia uerbi ſunt ſeptem, ut more loquar Latinorum, genus, numerus, tempus, perſona, ordo, modus & coniugatio.

De genere uerbi.

Genus triplex accidit uerbis, maſc. fœm. & commune. Maſc. Hebræi uocant

Digitized by Google

cant לְזָכָר id eſt,ad maſculum.ut שָׁמַר
cuſtodiuit. שָׁמַרְתָּ cuſtodiſti.ſ.uir.Fœ-
mininũ dicitur לִנְקֵבָה hoc eſt,ad fœmi
nam.ut שָׁמְרָה cuſtodiuit, שָׁמַרְתְּ cu-
ſtodiſti,tu mulier. Commune uocant
לזכר ולנקבה ut שָׁמַרְתִּי cuſtodiui.
שָׁמַרְנוּ cuſtodiuimus. שָׁמְרוּ cuſtodie
runt.ſcilicet uiri uel fœminæ.

De numero.

Numerus uerbi eſt duplex, ſingula-
ris & pluralis.Singularis uocatur לְאֶחָד
ad unũ, uel לְאַחַת ad unam. ut שָׁמַר
cuſtodiuit.Pluralis לְרַבִּים uel לְרַבּוֹת
ad plures.ut שָׁמְרוּ cuſtodierunt.

De tempore.

Tempus duplex habent Hebræi in
uerbis,præteritum & futurũ, idq; in in-
dicatiuo modo tantum. Pro præſenti,
utuntur participio præſentis temporis.
ut שׁוֹמֵר cuſtodiens.Inde אֲנִי שׁוֹמֵר
ego cuſtodio. אַתָּה שׁוֹמֵר tu cuſtodis.

Digitized by Google

הוּא שׁוֹמֵר ille cuſtodit. אֲנַחְנוּ שׁוֹמְרִים nos cuſtodimus.&c.

De perſona.

Perſonas tres habent Hebræi ut La tini,tãetſi ordine cõtrario eas diſponãt.

Primã לְנִסְתָּר ad abſconditum,uo cant.ut שָׁמַע audiuit.fœm. לְנִסְתֶּרֶת ut שָׁמְעָה Secundã לְנוֹכַח uocant, hoc eſt, ad præſentẽ ſeu ante oculos cõ ſtitutum.ut כָּתַבְתָּ ſcripſiſti.foe. לְנוֹכַחַת ut כָּתַבְתְּ Tertiã לְעַצְמוֹ uocãt,hoc eſt,ad ſeipſum,ſiue לִמְדַבֵּר בַּעֲדוֹ id eſt, loquens ſecum uel de ſeipſo. ut נָפַלְתִּי cecidi. יָדַעְנוּ cognouimus.

De ordine.

Ordines ſeu claſſes uerborum octo enumerantur à R. D.K.quos Hebraice גְּזָרוֹת id eſt,diſtinctiões uocat:uñ dicit: בְּכָל פְּעוּלָה יֵשׁ ח גְּזָרוֹת וּבְכָל גִּזְרָה יֵשׁ ח בִּנְיָנִים וּבְכָל בִּנְיָן יֵשׁ ו דְּבָרִים שֶׁי שֶׁיְּדַבְּרוּ בָּם id eſt:In omni uerbo ſunt octo

octo ordines, & in omni ordine ſunt octo cōiugationes, & in omni cōiugatione ſunt ſex locutiones quibus loquūtur.

Primi ordinis uerba uocātur שְׁלֵמִים hoc eſt, perfecta, quorum uidelicet nulla radicalis litera unquam excidere poteſt. ut בָּעַל אָמַר דִּבֵּר עָמַר רָדָה Omnia itaq; uerba huius ordinis, perpetuo tribus cōſtant radicalibus literis.

Secundi ordinis uerba uocantur חֲטוּפֵי פֵּה בַּעַל מְיוּד וּמְנוּן In quibus ſ. prima radicalis eſt iod uel nun, quæ facile inter coniugandū perdūtur. ut יָרַד deſcendit, רֵד deſcēde. יָשַׁב ſedit, שֵׁב לִימִינִי ſede à dextris meis. נָטַל portauit, טַל porta. נָפַל cecidit, יִפֹּל cadet.

Tertij ordinis uerba uocātur חֲטוּפֵי לַמֵּד בַּעַל שֶׁל הֵא In quibus ſcilicet cadit tertia radicalis litera ה ut עָשָׂה fecit, עָשִׂיתָ feciſti. רָאָה uidit, רָאוּ uiderunt. Verba tamen in ה exeūtia cum

mappic pũcto.ut בָּמַהּ תָּמַהּ גָּבַהּ ſunt de primo ordine. Huiuſmodi enim ſic coniugantur: תָּמַהְתָּ תָּמַהְתִּי &c.

Porrò de uerbo נָתַן Rabi Dauid Kimhi hoc adducit commentum:

ואם תאמר והלא נתן שאינו מסיים ה בהא ואת על פי כן אות אחרונה נופלת באומרו נתתי ולא אומר נתנתי ; ויש לו לומר שהפעל של נתתי אינו נתן כי אם נתת ; והאי דכתיב נתן ולא נתת לפי ש שהנון והתיו מתחלפות Hoc eſt, ut tibi ſenſum reddam: Quod ſi dixeris, nũquid נָתַן non terminatur in he, & tamen litera ultima cadit, quum dicitur נָתַתִּי & non נָתַנְתִּי Dicendum, quod primitiuum huius נָתַתִּי non eſt נָתַן ſed נָתַת Certum tamen eſt, quod ſcribitur potius נָתַן quàm נָתַת propterea quod nun & tau permutant ſe.

Quarti ordinis uerba uocãtur חטופי הקצוות in quibus ſcilicet extremitates, id eſt,

Digitized by Google

id eſt, prima & tertia radicales cadũt. ut à ירת in futuro dicitur אור eijciã. תור eijcies. Sic à נכת dicitur אך percutiam.

Quinti ordinis uerba uocãtur עלומי עין פעל in quibus uidelicet media radicalis occultatur & non expreſſe ponitur. ut קם pro קאם ſurrexit. רם pro ראם leuauit. Sic בן pro בון intellexit.

Sexti ordinis uerba uocãtur כפולים id eſt, duplicata, in qbus uidelicet ſecunda & tertia radicales ſũt ſimiles. ut קמם סבב גזז in quibus poſtrema litera nõnunquam cadit, & alteri punctũ dages imprimit. ut סבו circuierunt, pro סבבו

Septimi ord. uerba uocant' מרובעים id eſt, quadruplicia. includũt enim quatuor literas radicales, & deriuantur plerunq; ab alijs uerbis. ut כלכל גלגל &c.

Octaui ord. uerba uocant' חמשיים id eſt, quadruplicia: cõſtant nanq; quinque fundamentalibus literis. ut חמרמר

intumuit. סְחַרְחַר circuiuit. Et notan dũ,quod nõnunq̃ unũ & idem uerbũ aſſcribit̃ pluribus ordinibus uariata tñ una litera.ut יָלַךְ & הָלַךְ ambulauit.

De modis uerborum.

DVplex eſt modus apud Hebræos,ut Latini de modo loquuntur, indicatiuus & imp. Pro optatiuo utuntur plerunq; futuro indicatiui. Loco uerbi iufiniti & ſubiunctiui utuntur uerbo gerundiuo quod מָקוֹר uocant, præponendo ſcilicet ei unam ex literis בַּכְלָם ut פְּקוֹד uiſitando,uiſitare. בִּפְקוֹד in uiſitando,uel cũ uiſitaret. לִפְקוֹד ad uiſitandum uel ut uiſitaret.&c.Hebræi tamen ſex ponunt loquendi modos, uidelicet עָתִיד עָבַר מָקוֹר צִוּוּי פָּעוּל הַבֵּנוֹנִי

Primo loquũtur per præteritum indicatiui, & hunc modum uocant עָבַר quod uerbũ,pertranſijt, ſonat.ut פָּקַד uiſitauit.

uiſitauit פָּקַדְתָּ uiſitaſti. פָּקַדְתִּי. uiſi/taui. פָּקְדוּ uiſitauerunt. פְּקַדְתֶּם uiſi/taſtis. פָּקַדְנוּ uiſitauimus.

Secũdus loquendi modus fit per fu/turũ, quod עָתִיד nominãt, & aliquan/do אֵיתָן perficitur enim per præpoſiti/onem literarũ huius cõplexionis איתן ut אֶשְׁמוֹר cuſtodiã, יִשְׁמוֹר cuſtodiet, תִּשְׁמֹר cuſtodies, נִשְׁמוֹר cuſtodie/mus, תִּשְׁמְרוּ cuſtodietis. &c.

Regula Hebræorum.

Verba quorũ actio ab agẽte in alios tranſit, ita pũctantur in futuro: אֶפְקוֹד uiſitabo. אֶשְׁמוֹר cuſtodiã. Quorũ uero actio in nominatiuo antelato ſubſiſtit, ſic punctantur: יִשְׁכַּב iacebit. אֶשְׁכַּב iacebo. יִקְרַב appropinquabit. utrinq; reperiũtur exceptiones, præſertim ſi ult. uel penul. fuerit una gutturaliũ אחהע tũc enim terminatur fut. in ◌ַ uel ◌ָ ut יִבְחַן probabit. תִּשְׁמַע audies. אֶבְחַר eli/gam.

Digitized by Google

gam. יִגְעַר increpabit.

Secunda regula.

Recipit plerũq; prima perſona utriuſq; numeri literã ה ut אֶשְׂמְחָה gaudebo. נִבָּקְעָה dirumpemus.

Tertia regula.

Dum prima perſona ſub א ſægol habet, reliquæ communiter habent hiric. ut אֶרְדֹּת perſequar, תִּרְדֹּת perſequeris. Fallit dũ prima radicalis eſt gutturalis. ut אֶעֱשֶׂה faciam, יַעֲשֶׂה faciet.

Quarta regula.

Quum א eſt prima radicalis, literæ futuri ſignantur cũ holem. ut אֹמַר dicam, יֹאמַר dicet. Fallit tamen quandoq;. ut אֶאֱסוֹת congregabo.

Quinta regula.

Quum prima radicalis eſt una ex his חהע literæ futuri habent plerunq; patha. ut יַעֲמֹד ſtabit. יַעֲלֶה aſcendet. יַחֲרֹק fremet. תַּחֲרֹק fremes.

Tertium

Tertium loquendi modum uocant Hebræi הַבֵּינוֹנִי & fit ꝑ participia præſentis temporis, ſuſcipitq́ꝫ maſ. & fœm. genus, ſingularem & pluralem numerum, ſine certis perſonis & temporibus. Et formatur in uerbis kal, hoc eſt, in uerbis primæ coniugationis, hoc modo. שׁוֹמֵר cuſtodiens uel cuſtos, שׁוֹמְרִים cuſtodientes. In fœm: gen. שׁוֹמְרָת & in plur. שֹׁמְרוֹת

Proinde quorũ capũt eſt una ex his literis אחהער ſic formant præſens: רוֹפֵא הוֹלֵךְ אוֹמֵר Quum uero ע uel ח eſt ult. radicalis, ſic fit præſens: שׁוֹמֵעַ audiens. פּוֹתֵחַ aperiens. In uerbis uero כָּבֵד & הִפְעִיל & הִתְפַּעֵל recipit hic modus מ à principio. ut מְדַבֵּר loquens. מַפִּיל deijciens. מִתְפַּקֵּד uiſitans ſeipſum.

Quartus loquẽdi modus eſt ꝑ פָּעוּל hoc eſt, per participiũ præteriti temporis, &

ris, &

ris,& ſuſcipit maſculinũ & fœmininum genus,ſingularem & plur.numerum.ut שָׁמוּר cuſtoditus. שְׁמוּרִים cuſtoditi. שְׁמוּרָה cuſtodita.&c.Et in uerbis כָּבֵד ſic מְפוּקָּד מְפוּקָּדִים Et in uerbis hiphil מוּפְקָד מוּפְקָדִים &c.

Quintus loquendi modus eſt צִוּוּי id eſt,imperatiuus, qui apud Hebræos utrunq; habet numerum & genus, ſed ſecundam duntaxat perſonam.ut פְּקֹד uel פְּקוֹד uiſita,tu uir. פִּקְדוּ uiſitate.Et in fœm.gen. פִּקְדִי uiſita. פְּקוֹדְנָה uiſitate. Regula. Si à futuro literas איתן ſubmoueris,imperatiui ſecũda perſona plerunq; relinqtur.ut יְמַלֵּא implebit. מַלֵּא imple. תַּעֲזֹב derelinques. עֲזֹב derelinque. אֵשֵׁב ſedebo. שֵׁב ſede. Punctantur autem uarie uerba huiuſmodi,etiam de uno ordine exiſtẽtia.ut שְׁמַע & שִׁמְעָה & שָׁמְעָה audi.Sic שְׁלַח & שִׁלְחָה mitte. שְׁמֹר &

& שְׁמֹר cuſtodi. Verba uero quorum prima eſt gutturalis, ſic pūctant: עֲשֵׂה fac. עֲזֹב relinque. עָרְכָה ordina. אָסְפָה congrega. Item quorū ultima eſt ה ſic faciunt imperatiuum: פְּנֵה reſpice. רְצֵה uelis. רְאֵה uide. Quorum uero prima radicalis eſt iod, hoc modo formant imperatiuum. שֵׁב ſede. רֵד deſcende. צֵא egredere. De his & alíjs conſule infra formas cóiugationū.

Sextus loquendi modus מָקוֹר dicitur, & fit per gerundia uerbaq́ȝ infinita: & concordat plerunq; in pūctis cum imperatiuo. Hic modus nullius eſt certæ perſonæ, tēporis aut numeri, ſed eſt communis generis, & recipit à frōte has ſeruiles literas בְּכַלַם ut בִּפְקוֹר in uiſitando, uel quum uiſitaret. &c. Exempla quamplurima reperies in ſingulorum ordinum quadruplici aut octuplici coniugatione.

De uer

De uerborum coniugationibus.

COniugationes uerborũ, quas Hebræi בִּנְיָנִים uocant, hoc eſt, ſtructuras, octo ſunt. Alij ponunt tantum quatuor, uidelicet kal, koued, hiphil, & hithpael.

Prima uocatur פָּעַל קַל id eſt, uer/bum leue uel facile, ſcilicet prolatu, uel, ut alij dicunt, quod nullis extraneis gra uetur literis. unde dicit R. D. K.

בִּנְיָן הָרִאשׁוֹן נִקְרָא פָּעַל קַל לְפִי שֶׁאוֹת
הָרִאשׁוֹן קְמוּצָה וּשְׁנִיָּה פְּתוּחָה כְּמוֹ ש
שָׁמַר ׃ וְקָמֵץ שֶׁבָּרִאשׁוֹנָה מוֹרֶה עַל ה
הַנָּח הַנֶּעְלָם כִּי דִינוֹ שֶׁאָמַר אוֹ כָּאָתַב ו
וְעַל כִּי הָעַיִן פָּעַל רְפוּיָה וְנִקְרֵאת בְּקַל ׃

Hoc eſt: Coniugatio prima uocatur uer bũ leue, ob id quod litera prima eſt ka/mezata, & ſecunda pathata, ſicut שָׁמַר cuſtodiuit. & quod eſt in prima, cadit ſu per quieſcentem abſconditam, quia iu/dicium ſuum eſt שֶׁאָמַר uel כָּאָתַב &

propterea

propterea ain poal raphatur, & legitur cum leuitate. Et omnia uerba huius primæ cõiugationis ſunt talis formæ: פָּקַד uel חָפֵץ uel יָכוֹל In mẽbro tamen uel termino mutatur patha primæ terminationis in ָ ut פָּקָד &c.

Secũda cõiugatio uocatur נִפְעַל קַל id eſt, paſſiuum prioris cõiugationis. Et recipit hæc ultra actiuã, literam nun. ut שָׁמַר cuſtodiuit, נִשְׁמַר cuſtoditus eſt. Plerunq; tamẽ ob literas præpoſitiuas abſconditur nun per dages. ut יִפָּקֵד uiſitabitur. Reperiuntur etiã aliqua uerba huius formæ ſub actiua ſignificatione. ut נִשְׁבַּע iurauit. Item nota, ſi prima ſubſtantialis fuerit una ex gutturalibus, punctabitur nun cum ſægol. ut נֶאֱמַר dictus eſt. נֶהֱרַג occiſus eſt. נֶעֱזָבֶת derelicta eſt. Iſaiæ 62. Aliquãdo tñ ſcribitur cũ patha. ut נַעֲרָץ territus eſt.

Tertia coniugatio, quam alij ſecundam

dam ponunt, uocatur פָּעַל כָּבֵד uerbũ graue, quod difficilior eius ſit expreſſio, quàm præcedẽtis, aut quod luxu literarum atque copia ſupra primam augeatur, ut alij dicunt. Et eſt etiam trium literarum ſicut prima. Rabi Moſche uocat hanc dageſſatam, media enim litera in hac coniugatione ſemper habet dages, ſi eius eſt capax. Idem dicit frater ſuus Dauid in hæc uerba:

בִּנְיָן הַשֵּׁנִי נִקְרָא כָּבֵד עַל כִּי הַעַיִן פָּעַל
דְגוּשָׁה וְנִקְרֵאת בִּכְבֵדוּת כְּמוֹ דִבֵּר שִׁבֵּר
כִּפֵּר

Hoc eſt: Coniugatio ſecunda uocatur grauis, qa ain poal eſt dageſſata, & pronũciatur cũ grauitate. ut דִבֵּר &c.

Porrò forma eius in pũctis eſt hæc: דִבֵּר uel דִבֵּת Et quũ media fuerit gutturalis uel res, ſic plerunque formatur: בֵּרֵךְ חֵרֵשׁ uel etiam בֵּאֵר בֵּרֵךְ Et aduerte quod uerba huius coniugationis ſunt in duplici differẽtia. Quædã enim

ſunt

ſunt primaria & propria huic coniuga-
tioni, quæ ſcilicet cum alijs pũctis in pri-
ma coniugatione nunquam uel rariſſi-
me inflectuntur. ut דִּבֵּר loquutus eſt.
בִּשֵּׂר annunciauit. שִׁבֵּר cõfregit. Alia
uero ſunt quæ deriuantur à uerbis pri-
mæ coniugationis præcipue actiuis, &
habent modum ſignificandi cõſtantio-
rem atque auctiorem quàm in prima
coniugatione. Vnde Rabi Dauid K.
אִם תֹּאמַר מַה בֵּין כָּבֵד לְקַל : וְיֵשׁ לוֹמַר
שֶׁהַקַּל רָדַף פַּעַם אַחַת וְהַכָּבֵד הִרְבָּה פְ
פְּעָמִים Hoc eſt: Si dixeris, quid eſt in-
ter grauem ad leuem : & eſt dicendum,
quod leuis perſequitur una uice : & gra-
uis multis uicibus. Quod ſequentibus
aperit exemplis. רָדַף uerbum primæ
coniugationis, ſignificat perſequi ad ho-
ram & leniter, ſed רִדֵּף uerbum hu-
ius formæ, importat perſequendi inde-
feſſum ſtudium. unde Oſee ſecundo:

וְרִדְּפָה אֶת מְאַהֲבֶיהָ וְלֹא תַשִּׂיג אוֹתָם

